'Siccine tot nostrûm exuviis impune, tot armis
'Jactet se fallax Samnis, *Corvique triumphos
'Insidiis confisæ artes, cita deleat hora?
'Non ita; quin potiùs reduces abolemus iniquam
'Pacem acie, tantumque nefas: tum sentiat hostis

* The conqueror in the first Samnite war.

'Corda sibi violata, implacatosque Quirites!'
Talia volvebat furiis, et fœdera pacta,
Fœdera solenni dextrâ sancita suorum,
Rejicit impatiens: nec enim de morte remissa
Millia, nec fidei læsæ jam flectit imago:
Arma Patres scelerata, calens fremit arma juventus.

At piget ambages belli, piget impia fraudis
Ausa sequi. Sua victorem, sua plurima tradit
Exitio pietas, ex quo ferrum acre recondens
Imposuit leges, et non placitura Quiriti
Fœdera, nec pactam speravit fallere dextram.
Gens antiqua ruit, longos quæ sceptra per annos
Vindicat Hesperiæ, Romamque retorquet avaram:
Nunc silet exilio tellus, celeberrima quondam
Arva vacant, mutique tubæ sine murmure colles.

Quanquam o! si veteres Furcas, desertaque montis
Ostia,—signat enim tot jam post sæcula *nomen,—
Advena deveniet, si nunc ubi proluit imber
Frondea silvarum tecta, atque avulsa ruinam
Saxa gravem traxere, tamen sibi claustra refinget
Qualia erant, cum circum altam resonantia vallem
Samnitum capti pallerent arma Quirites,
Tum sciet, a quantâ victor nece miserit hostes,
Omnia tum Romæ tangent perjuria mentem.

* Forche d'Arpaia.

'Hinc, credo,' justâ clamabit fervidus irâ;
'Fors captos sola eripuit, speciosaque paci
'Nomina pollutæ nectet mentita vetustas!—
'Non ita fraus ingens Romæ, nec præmia vitæ
'Fœda datæ periere: gemat sua fata vicissim
'Ipsa licet, lapsisque sibi Capitolia templis,
'At pacis Caudinæ, odio bene vindicis ævi,
'Dum rigat hos amnis saltus, hæc dum juga cingunt,
'Viva manent monumenta: manet plorare ruinam
'Insontis terræ, et sævos odisse Quirites.'

CÆSAR IN SENATU INTERFECTUS.

Suetonius, *Cæsar*, c. 81, 82.

*   *   *   *   *   *

Jamque Aurora diem, quo non lugubrior alter
Sperserat Eoo Septenos lumine Montes,
Fatales Idus, tarde subvecta, trahebat.
Tum quoque rumpebat diris Calpurnia fatis
Sponsa viro, tamen ipsa viro non credita, vocem,
Fœmineoque moras luctu nectebat inanes.

Fama est, cum Julî nox intempesta supremùm
Laxaret curas et membra oblita laborum,
Illam inter tenebras ducentem insomnia tristes
Audîsse in præceps ferri prolapsa domorum
Culmina, et impulsu vastum miscere fragorem;
Omine quo pavidam, ut primum lugubre ruberet
Nuncia per bifores auroræ rima fenestras,
Candida miranti circumfudisse marito
Brachia, et, uxoris si quid pia cura moveret,
Conjugis hanc lucem vellet donare timori,
Orâsse, infestæ neu se daret obvius Urbi.

At Decimus, vultu priscos mentitus amores
Quos non promissi fasces, non ipsa redegit

Gallia, militiæ merces ea nobilis actæ,
A Patrum cœtu et Pompejâ nuntius æde
Fictus adest, qui blanditiis et fraude moranti
Expediat curam, causasque refingat eundi.
Ergo consiliis eductus Cæsar iniquis
Per Fora et ipsius quoties testata! triumphos
Compita, crudeles ibat devotus ad aras.
Nec tamen in summo cessârunt cardine rerum
Terrifici, vatum monitus; nec defuit ille
Indice qui scripto insidias, heu serius! omnes
Deferret fœdumque dolum; sed nulla legendi
Copia tum misero; fatis ea sæva voluntas
Constitit, ut tantæ subeuntem limina mortis
Falleret una fugæ, semel objectata, facultas.

Jamque adeo in Campum ventum est, ubi Porticus altis
Postibus in gremium Patres reclusa vocabat.
Unà Cimber eò, et nudum sub vestibus ensem
Casca premens aderat, nec te tua longa, Ligarî,
Tardabat febris, quin membra trementia morbo
In cædem raperes, illaudatumque triumphum.
Scandit atrox Brutus, laterique affixus ibidem
Ipse gradus, en ipse, evadit Cassius altos,
Triste sodalitium;—aspiceres pallentibus ambo
Ire genis, segnesque moras et tarda diei
Tempora culpare; aspiceres in vota vocare
Pompeium, et Phariæ testari crimen arenæ.

Tum demum Cæsar, nullo custode, supremum
Per medios incedit iter: non ille tyrannis
Quæsito auxilio et tutis se sepserat armis,
Sollicito indulgens animo: non lictor eunti
Vibrare horrendas fasces; sed qualis inibat
Balnea, vel mensas hilares conviva petebat,
Solus funestæ succedit Julius ædi.

Janua at ingresso stridenti cardine rursum
Volvitur: æratâ reditum negat objice vectis;
Quo moto, ceu fatidico vacua aula tonitru
Contremit, et fixâ rursum compage silescit.
Olli non voces atque irremeabile limen
Impavido fecere moras; ita lumine rectus
Ingreditur fixo, et solium conscendit eburnum.

Jamque residentem circum subsellia Patrum
Plena crepant: quæ prima inter dux agmina cædis
Conscia disposuit, pacemque imitata decoram
Cinctibus: at ferrum dextrâ trepidante retractat
Quisque intus, dirique tremit primordia cœpti.
Non sic flamma, reçente foco, circumflua lambit
Carbones nitidos, siccumque uligine lignum,
Grassaturque dolo primùm: mox fræna recusans,
Et molles exuta animos, ambesa prehendit
Robora congeriemque incendia vexit in imam,

Nec longa obstabat trepidis mora: poplite Cimber

En! flexo ante pedes ante inscia Cæsaris ora
Sternere se supplex, junctisque reposcere palmis
Frater ab exilio fratrem: similisque petenti
Aversas aures iterumque iterumque fatigat.
Tum vero insidiæ, tum fraus infanda patescit.
Ille etenim, orandi studio, quà laxa fluebat
Circum colla toga, arreptam detraxit, et ulnas
Incauti implicuit nodis;—ea signa frementes
Ilicet agnovere: acies sic ferrea circum
Stricta horret: sic Cinna manum tum primus iniquam
Conserit, obliquo degustans vulnere tergum.
At vero ut ferri persensit frigus adacti,
Ut caluere genæ, duplices ut lumina flammas
Torva vomunt!—credas deprensum in valle leonem
Frendere, cui costas incognita figat arundo,
Et se colligere in parvum, jam jamque minari
Hostibus excidium, dum suadeat ira pudorque
Ultima tentare, atque insueti vulneris angor.—
Quum vero hortantem reliquos, ipsumque coruscam
Ipsum aciem Brutum quatientem vidit, ibi omnes
Collapsæ vires; subit impietatis imago
Acrior infensis telis; subit omnis amorum
Spes fluxa, et junctæ non hæc in fœdera dextræ.
Ergo te, Brute, increpitans, te nomine solum
Morte vocans, miser ora suo fœdata cruore
Et laurus, sanctum capitis gestamen, amictu
Palmato obnubit: tum centum in vulnera lapsus
Condit in æternam frigentia lumina noctem.

Quem, tanquam obtutu tacito vultuque superbo,
Pompeii ex alto magna aspectabat Imago
Imum purpureo violantem flumine marmor.
Illa videbatur, sceptri velut arbitra rapti,
Sancire infandam cædem, et sprevisse jacentem
Sub pedibus; socerique gener jam mutua fata
Ridere, et longos oculis haurire dolores.

* * * * * *

Quin illis referunt misit Sol ipse diebus
Pallidius jubar, aversum ceu conscius ignem
Abnueret terris, cum sic sine vindice fatum
Hunc Patriæ Patrem Romanarumque tulisset
Grande caput rerum: cum cui nihil orbe secundum,
Sic clarâ sub luce, manus stravisset amica.
Tum quoque flebilius devexo a Tibride murmur
Plangere, ceu raptum proprio rumore dolerent
Flumina:—sed stellam, quoties polus igne micaret,
Æthera cum sonitu stupuit tranare colonus
Suspiciens: quo certa fides volitare perempti
Seductam membris animam, et jam debita cœli
Limina transire, ac sedes intrare beatas.

Et tibi, quid, tanto dejectæ principe, Roma,
Deinde manet? Regno quem jam dignabere? Quantum
Hæret opus, quantos resecant tua fata labores!
Illa tamen si quis secum imperfecta necati
Consilia, inceptosque ausus, et vota revolvit
Irrita, confusâ divinus nascitur ordo

Congerie, rerumque ingens apparet imago.
Ceu qui per fractas turres et nuda vagatus
Atria, queis pendent opera interrupta, nec auctor
Jam formam dedit, et murmur fabrile quievit,
Ast animo, quæ summa ædi fastigia, adumbrat:
Surgere tum paries, truncâque crepidine nasci
Longa columnarum series laqueataque tecta,
Donec tota adeo, et saxo perfecta nitenti
Stet domus, et solidis affectet turribus auras.

Et cum bella novâ mox crudescentia cæde
Vexarint orbem, littusque aspexerit Actî
Inter se infensos iterum concurrere cives,
Alter opus Julî excipiens, dimissaque cœpta
Tardius imperium condet, quod avunculus olim
Præcipit, elusosque trahet sub flagra Quirites.
At non Augusto subiti secura tumultus
Vis animi, majorque metu, quæ non sua temnat
Præsidia armorum, plebi confisa togatæ.
Fraudibus ille quidem legiones, fraudibus omnem
Ambibit Romam, dum libertatis inanes
Umbras imperio, et titulos prætendit avorum.
Scilicet et siccâ tutus sic morte peribit
Compos et incepti;—sed non generosa nepotum
Pectora felicis victrix prudentia tanget.—
Hunc cives desideriis, hunc sera sacrabit
Fama magis, propriâ qui præ virtute valebat
Per pacem per bella idem sine fraude potiri
Majestate Urbis, nec dissimulare potitus.

MARTIAL.

(EP. X. XXX.)

O balmy clime of Formiæ's shore,
Thy sweet retreat, all else before,
Apollinaris loves, when down
He hurries from the unresting Town.
Not Tibur sweet, his wife's blest home,
Not Algidus, or Tusculum,
Præneste, or the Antian shrine
Can win him back with charms like thine.
Gaieta, tomb of Dardan dame,
And Circe's cape, bewitching name,
Delight no more, nor that bright wood
Marica hangs o'er Liris' flood,
Or where the nymph Salmace laves
Her mineral in the Lucrine waves.
Here, only here, each gentle breeze
Just stirs the mirror of the seas,
And the gay gondola may ride
Upon this calmly-heaving tide
Before a wind no ruder than
The waving of a purple fan,
In summer, when to lady fair
Comes the cool rush of wholesome air.
Nor on the distant deep your line
Need seek for treasures of the brine;
Just from your couch the bait you throw,
And see the fish bite far below.
But if King Æolus hold reign
Upon old Nereus' watery plain,
The board all tempests can deride
Piled with the store itself supplied.

So the two brothers and their murdered man
  Rode past fair Florence, to where Arno's stream
Gurgles through straightened banks, and still doth fan
  Itself with dancing bulrush, and the bream
Keeps head against the freshets. Sick and wan
  The brothers' faces in the ford did seem ;
Lorenzo's flush with love. They passed the water
  Into a forest quiet for the slaughter.

* * * * * *

They told their sister how, with sudden speed,
  Lorenzo had ta'en ship for foreign lands,
Because of some great urgency and need
  In their affairs, requiring trusty hands.
Poor girl ! put on thy stifling widow's weed,
  And 'scape at once from Hope's accursed band ;
To-day thou wilt not see him, nor to-morrow,
  And the next day will be a day of sorrow.

At juvene abrepto fratrum par triste citatis
Ibat equis, nec, pulchra, tuos, Florentia, muros
Devertunt, nec parta quies prius ulla viarum,
Quam veniunt, ubi ripa tenet jam tenuior Arnum
Cum strepitu, lenem flabris et arundine quassâ,
Et lupus adverso subigit sese obvius amni.
Pallida lucebant fluvio gemina ora virorum,
At juveni flagrare genæ, roseosque colores
Fudit Amor. Vada jamque ambo trajecta relinquunt,
Et subeunt tacitam, cædi loca commoda, silvam.

Jamque dolis mæstæ referebant falsa sorori
Nuntia ;—longinquam juvenem telluris in oram
Conscendisse ratem, magnumque facessere munus
Spectatâ dignum virtute, nec infida corda
Quod caperent ;—tales illi malè fingere causas.
  Quin luctu caput involvas, quin indue sordes ;
Jam vidua es, miseranda nurus ! quas Spes tibi nectit
Rumpe moras ; non hora virum quæ præterit istum,
Crastina non referet : luctum neque tertia solvet.

And she had died in drowsy ignorance,
  But for a thing more deadly dark than all;
It came like a fierce potion, drunk by chance,
  Which saves a sick man from the feathered pall
For some few gasping moments; like a lance
  Waking an Indian from his cloudy hall
With cruel pierce, and bringing him again
  Sense of the gnawing fire at heart and brain.

KEATS.

Scilicet illa sui vitam malè nescia damni
Linquebat;—jamque exanimem sævissima tenent
Nuntia, et infando conturbant omine mentem:
Qualia depositus morbo si forte Lyæi
Pocula combiberit, furiisque refectus anhelis
Distulerit paullo exsequias, plumasque sepulchri
Funereas; qualisve Indum jam nubila somnis
Atria captantem cœli fera cuspide fixâ
Hasta ciet: tum visa iterum corda ebria flammam
Concipere, et vigiles morderier igne medullæ.

By the wee birchen corries lie patches of green,
Where gardens and bareheaded bairnies have been,
But the huts now are rickles of stones nettle-grown,
And the once human homes, even their names are unknown.

But the names that this side the Atlantic have perished,
'Mid far western forests still dearly are cherished,
There men talk of each spot, on the hills that surround
Their long vanished dwellings, as paradise ground.

Not a pass in these hills, not a cairn, not a corrie,
But lives by the log-fire in legend and story;
And darkly the cloud on their countenance gathers,
As they think on the desolate homes of their fathers.

O hearts, to the hills of old memory true,
In the land of your love there are mourners for you,
As they wander by peopleless lochside and glen,
Where the red deer are feeding o'er homesteads of men.

En! cæspes passim propter coryleta virescit:
  Hortus ibi et suboles nuda fuere domûs:
At loliis obducta jacent jam saxa magalis,
  Nominaque afflictos destituere Lares.

Illa tamen, trans oceanum quæ nostra relegat
  Ora, peregrinum fovit amata nemus;
Dís æquant ibi laude locos montesque coloni,
  Qui cingunt stratas, sancta corona, casas.

Illi, ignem ad serum, saltus, faucesque jugorum,
  Si qua latet vallis, si qua sacella, canunt:
Ast ora in medio jam nubila carmine rapti
  Nominis et vacuæ miscuit ira domûs.

Attamen, o! fido patriam sub corde colentes,
  Prosequitur vestri vos quoque civis amor,
Qui fleat et valles perque invia littora damis
  Pabula montivagis tecta jacere virûm.

TO EVENING.

If aught of oaten stop or pastoral song
May hope, chaste Eve, to soothe thy modest ear
    Like thy own solemn springs,
    Thy springs, and dying gales;

O Nymph reserved,—while now the bright-hair'd sun
Sits in yon western tent, whose cloudy skirts
    With brede ethereal wove,
    O'erhang his wavy bed,

Now air is hush'd, save where the weak-eyed bat
With short shrill shriek flits by on leathern wing,
    Or where the beetle winds
    His small but sullen horn,

As oft he rises 'midst the twilight path,
Against the pilgrim borne in heedless hum,—
    Now teach me, maid composed,
    To breathe some soften'd strain,

Whose numbers, stealing through thy dark'ning vale,
May not unseemly with its stillness suit;
    As musing slow I hail
    Thy genial loved return.

O blandiatur si tibi rustica
Avena, Virgo, si det arundine
  Pastor verecundas ad aures
    Quod placeat tibi, Diva, carmen :

Ceu prima sancto flat tua vespere
Aura, et caduco spirat anhelitu !—
  Jam fine tenduntur diei
    Auricomo sua vela Phœbo,

Et lucidis prætexta coloribus
Condunt aquoso vellera nubium
  Lecto cubantem : jam silescit
    Aura polo, nisi verber alæ

Implume lippum vesperis alitem
Fractis strepentem fert ululatibus,
  Parvo vel importuna cantu
    Cantharis insonuit, per umbras

Utcunque raucis subsiluit viæ
Delira bombis ;—Diva silentia
  O ! sera servans, carmen horâ
    Lenius in placidâ doceto,

Quo non inepto munere personem
Valles malignâ luce tenebricas,
  Et solus incedens reversam
    Teque, Bona, et tua dona laudem.

For when thy folding-star arising shows
His paly circlet, at his warning lamp
    The fragrant Hours, and Elves
    Who slept in buds the day,

And many a Nymph who wreathes her brows with sedge
And sheds the freshening dew, and lovelier still
    The pensive Pleasures sweet
    Prepare thy shadowy car.

Then let me rove some wild and heathy scene;
Or find some ruin 'midst its dreary dells,
    Whose walls more awful nod
    By thy religious gleams.

Or if chill blustering winds, or driving rain
Prevent my willing feet, be mine the hut
    That, from the mountain side
    Views wilds and swelling floods,

Cui stella quando pallidulo semel
Orbe enitescens clausit ovilia,
Tum surgit experrecta florum
En ! thalamis Lemurum caterva,

Horæque suaves, plurimâque amnium
Quæ vinxit ulvis flumineis dea
Crines, et exustum benigno
Rore levat, scatebrisque campum :

Gensque ante cunctas grata, Cupidines,
Cordis quieti deliciæ, tibi
Junxere sub noctem volucres,
Dulce ministerium, quadrigas.

Tum per genistas, per juga montium
Longe facessam vasta situ viam,
Aut inde per solos priorum
Deveniam monimenta saltus,

Queis grandiori numine parietum,
Ut tacta sanctis tum facibus tuis,
Fragmenta nutent : seu, volenti
Ire foras, violentus imbre

Geluve ventus continuit pedes,
Tum me sub arctæ præsidio casæ,
De monte convalles, et agri
Undique diluvio natantes,

And hamlets brown, and dim-discover'd spires;
And hears their simple bell; and marks o'er all
    Thy dewy fingers draw
    The gradual dusky veil.

While Spring shall pour his showers, as oft he wont,
And bathe thy breathing tresses, meekest Eve!
    While Summer loves to sport
    Beneath thy lingering light;

While sallow Autumn fills thy lap with leaves;
Or Winter, yelling through the troublous air,
    Affrights thy shrinking train
    And rudely rends thy robes;

So long, regardful of thy quiet rule,
Shall Fancy, Friendship, Science, smiling Peace,
    Thy gentlest influence own
    And love thy favourite name!

W. COLLINS.

Et tecta vicorum hispida, et ædium
Tenui juvabunt luce cacumina,
  Et quæ per intervalla clangunt
    Æra procul: tenebrasque ab alto

Trahente lento, roscida, te sinu,
Obducta seris cuncta crepusculis:
  O more solenni refusum
    Ver quoties tibi, Diva, largis

Crines odoros proluit imbribus,
Vel gaudet Æstas serius ad tuam
  Lusisse lucem; vel ruinâ
    Decolor in gremium cubantis

Autumnus altas cogit agens comas,
Vel sæva amictus scindit Hyems tuos
  Stridens per aurarum tumultum,
    Et socium tibi terret agmen,

Tum regna nunquam non patiens tua
Mens delicatas finget imagines,
  Tum rursus ad gratum recurrent
    Numen Amicitiæ: nec ore

Te Pax amœno, nec Sapientia
Spernent euntem, quove libentius,
  Dilecta, consuescis vocari,
    Nomine te dominam silebunt.

As generations come and go,
Their art, their customs, ebb and flow;
Fate, fortune, sweep strong powers away,
And feeble, of themselves, decay;
What poor abodes the heir-loom hide,
In which the castle once took pride!
Tokens, once kept as boasted wealth,
If saved at all, are saved by stealth.
Lo! ships from seas by nature barred,
Mount along ways by man prepared;
And in far-stretching vales, whose streams
Seek other seas, their canvas gleams.

Natis perenni flumine seculis
Nascuntur artes, nascitur et suus
        Mos cuique; sed fluctus resorbens
            Cum populis tulit omne raptis.

Quin, quæ potentes eruerit domos,
Fortuna casu debilis invicem
        Labetur alterno, manusque
            Ipsa dabit: casa parva servat,

Quas illa avorum conscia ditium
Custodiebant atria imagines;
        Nec signa jam restant superbæ
            Ulla domûs, nisi fraude turpi

Erepta: cursum scilicet et quibus
Olim locorum dura negaverit
        Natura, conscendunt carinæ
            Ecce! vias, hominum fabrilem

Stratas per artem: velificantium
Splendent remotis carbasa vallibus
        Insueta, qua quærunt voluti
            Ulterius maris æquor amnes.

Lo ! busy towns spring up on coasts
Thronged yesterday by airy ghosts ;
Soon, like a lingering star forlorn
Among the novelties of morn,
While young delights on old encroach.
Will vanish the last Highland broach.

En! ora terræ, quam tenues modo
Larvæ colebant, latius oppidis
    Prætexta fervet; mox videmus
      Cedere deliciis recentis;

Horæ, supremum quicquid amabile
Scotis manebat: sola velut polo,
    Lucis sub adventum propinquæ,
      Stella, fugam meditata, languet.

Child! is the sun abroad? I feel my hair
Borne up and wafted by the gentle wind,
I feel the odours that perfume the air,
And hear the rustling of the leaves behind.
Within my heart I picture them, and then
I almost can forget that I am blind,
And old, and hated by my fellow-men.
Yet would I fain once more behold the grace
Of nature ere I die, and gaze again
Upon her living and rejoicing face—
Fain would I see thy countenance, my child,
My comforter! I feel thy dear embrace—
I hear thy voice, so musical and mild,
The patient sole interpreter, by whom
So many years of sadness are beguiled;
For it hath made my small and scanty room
Peopled with glorious visions of the past.
But I will calmly hand me to my doom,
And wait the hour which is approaching fast,
When triple light shall stream upon mine eyes,
And heaven itself be opened up at last
To him who dared foretell its mysteries.

Ἀρ' ἡλίου γῆν βάλλεται φάος, τέκνον;
καὶ γὰρ δι' ἁβραῖς ᾄσσεται μεταρσία
κόμη, σάφ' οἶδ', αὔραισιν· αἴθερας τ' ἀπὸ
ὀδμὴ μ' ὑπῆλθε, φύλλα τ' ἄγχι πάλλεται·
ὧν ἐν φρενῶν δέλτοισιν εἰκάσας γραφήν,
οὐ νῦν γ' ἀφεγγῶν ὀμμάτων τητώμενος,
οὔδ' ὢν γεραιός, οὔδ' ἔτ' ἀνθρώποις δοκῶ
ἐχθρός· τοιαύτην ἡδονὴν ἔχω κλυών·
καίτοι με δεινὸς οὐρανοῦ καὶ γῆς πάλιν
πόθος δέδυκεν ἐσδρακεῖν φαιδρὰν χάριν,
καλὸν θ' ἁπάντων, ὥσπερ ἐμψύχου, δέμας·
τῆς σῆς δ' ἔρως μάλιστα μ' ὄψεως ἔχει,
ὦ πόλλ' ἐπάρκων, πολλά μοι μόχθων, τέκνον.
καὶ δὴ περιπτυχαῖσιν ὠλένων σέθεν
συνοῖδ' ἐχόμενος, τήν τε σὴν φώνην κλύω,
ἥτις λιγυφθόγγοισιν ἡσυχῇ λόγοις
τυφλῷ γέροντι πάντ' ἐσήμαινέν ποτε,
ἐμοῦ τ' ἔθελγεν μόχθον αἰανῆ βίου,
τήνδ' εἰσαγείρουσ' οἰκίαν μικρὰν ἔσω
φαιδρῶπ' ἀνάκτων τῶν πάλαι φαντάσματα·
ἐγὼ δ', ἐλεύσεται γὰρ ἀρτίως, μόρον
ἐνταῦθ' ἕκηλος τὸν πεπρωμένον μενῶ·
καὶ τάσδ' ἔπειτα ῥεύσεται κόρας ἐπὶ
τριπλοῦν ὑποῤῥαγέντος οὐρανοῦ φάος,
ἀνθ' ὧν τὰ τῶν ἄνωθεν ἐξερεῖν ἔτλην.

TRANSLATION FROM THE FOURTH ÆNEID OF VIRGIL.

(296—520.)

But Dido heard the whisper, ere they move,—
Ah! who may hope to dull the ear of love?—
She knew the sure calm days were passing by,
And now the mischief Rumour swells the cry
Of navies rigged, and crews prepared to fly.
Forth through the city she is raving now,
Pain at her heart, and fever on her brow,
As the wild Thyiad whom Iacchus' cry
And issuing dance encite to ecstacy,
When orgies end the long triennial round,
And midnight chantings from Cithæron sound.

Then seeking out Æneas, she began:—
'And did'st thou hope to hide it, treach'rous man?
'Did'st hope to hide a deed like this from light,
'And from my shores in silence steal thy flight?
'Is our love nothing, and thy plighted faith,
'And Dido dying an untimely death?

'And dost thou launch with wintry stars on high
'To cross the seas where Aquilo sweeps by?
'Hard man! if those thou seekest were thine own,
'Not alien lands and settlements unknown,
'And Ilium stood, for Ilium were it well
'To trust a navy to yon ocean swell.
''Tis me thou flyest! By these tears that flow,
'By thine own troth,—no more is left me now—
'Oh! by that primal hour that made us one,
'By all our marriage rites but now begun,
'By all thou ow'st me, all my love has been,
'Pity the downfall of a ruined Queen,
'And turn thee from thy purpose! 'Tis for thee
'Tyrians estranged and Libyan hate I see,
'And ah! sole passport to the realms above,
'The name once mine is bartered for thy love!
'Friend, in whose halls must I be left to pine?
'(Friend is the name, though husband once was thine)
'Am I to wait till fierce Pygmalion comes
'To wreak a brother's vengeance on these homes,
'Or the black Moor whom once I scorned to wed,
'Iarbas, lead me to a captive's bed?
'Oh! had I from thee, ere thou fled'st the place,
'Clasped to a mother's breast one darling face,
'One small Æneas in my halls at play,
'To look like thee, though thou art far away,
'Captivities' dishonour had been less,
'Nor all unsoothed my widow'd loneliness.'

She finished. He, Jove's mandates to obey,
Fixed on the ground his calm unwandering eye:
The struggling care that on his heartstrings broke
He smothered there, and thus in brief he spoke:—
'Never, my Queen, shall aught forgotten be
'Of that uncounted debt I owe to thee,
'Never but sweet shall be Eliza's name,
'While sense and breath shall animate this frame.
'Brief will I plead. Imagine not that I
'Hoped to steal hence in coward secrecy.'
'Thee with the marriage torch I never lured,
'Nor signed such contracts with my plighted word.
'If Fate had given me to repose my life
'E'en where I would, and end this weary strife,
'The smoking ruins of my own dear Troy
'To raise, to cherish, were my lasting joy;
'Priam's high halls in ancient state should stand,
'And a new Fortress guard the vanquished land.
'Not such Heaven's will: Italia was the name,
'When from the Grynian god that mandate came,
'The Lycian oracles Italia sing:
'She is my love, my home from wandering.
'The towers of Carthage and a Libyan hearth
'Thou lov'st to keep, yet Tyrians gave thee birth;
'And shall not Teucer's son at freedom fly
'To seek new homes beneath Ausonia's sky.
'Me too a father's form, what time the night
'Spreads the dank shades, and stars rise fiery bright,

'In dreams oft warns me; oft the troubled look
'Of that pale spectre seems to speak rebuke.
'And can I young Ascanius long detain
'From that great kingdom which the Fates ordain?
''Twas e'en but now from Jove came flying down,—
'By thy dear life I swear it, and mine own,—
'Heaven's message-bearer—through the walls he trod
'Bright in the beaming halo of a god,
'And these ears drank his accents. Wish not so
'To rouse both thee and me to useless woe:
'By other will than mine to Italy I go.'

His pleading ended there, but long before
Her silent eyes, quick-moving, swept him o'er;
And now on him whom she had loved so late,
Turning, she spoke the burning words of hate:—
'No goddess woman was true dam of thine,
'No Dardanus the author of thy line;
'On flints of Caucasus thy cradle stood,
'And dug of Hyrcan tigress gave thee food!—
'Yes; for 'tis folly longer to refrain!
'Can darker villany than this remain?
'Did all my sobs call forth one pitying sigh,
'Or wring one tender teardrop from his eye?
'And what shall indignation first record?
'Now Heaven's great Mistress and Saturnian Lord,
'Look down on Right no longer: Faith is gone;—
'Shipwrecked I took him, placed him on my throne,

'Madwoman that I was—from ocean's grave
'His shipmates rescued, kindliest shelter gave—
'Ah me! what fiery frenzy bears me on!—
'Now Lycian oracles, now Jove's own son
'Apollo speaks—descending from the skies,
'Heaven's message-bearer to the rescue flies,
'And bears the startling mandate—such low care,
'Such labours vex those quiet Lords of air:—
'I combat not thy words, nor thee detain;
'Go, seek a kingdom o'er yon billowy main,
'Let the winds find thee Italy! Yet then,
'If Mercy can avenge the crimes of men,
'While rocks and mountain breakers round thee roar,
'The name of Dido oft shalt thou implore:
'I shall be near thee in dark smouldering fires,
'And when my Spirit in cold Death expires,
'My shadowy Form shall never leave thy track:
'Then, perjured Trojan, shalt thou pay me back;
'And, as I listen far below, shall come
'To the great Dead the message of thy doom!'
Abrupt she ends, and flying from the day,
She leaves him there, nor lists what he may say,
But faint with force of passion, tears herself away.
Her maidens bear her swooning as she goes
Back to her marble chamber for repose.

Deep groans the good Æneas, and for love
The firm foundations of his purpose move;

And sore he yearns to follow, and console
With kindly words the anguish of her soul;
Yet to the fleet they launch upon the strand
He goes, unswerving to the God's command.
Then zeal was doubled in the Teucrian crew,
Then down the beach their towering ships they drew;
The pitch'd keels swam: from forest depths they bore
The foliaged timber for the unhewn oar,
All eager to be sailing. From the town
Pours the whole tide of emigration down.
As when ants spoil a mighty pile of grain,
Their swarming armies blacken on the plain,
Ere winter come: some shoulder on the load
Of each huge grain along the narrow road;
Some urge the straggling troops that move too slow,
And the whole path with bustle is aglow.

From her high turret Dido viewed the scene;
Ah! then what pangs were thine, unhappy Queen?
What groanings thine when ocean and long shore
Stir, as thou look'st, and send the mingled roar.
Ah! Love, thou mocking fiend! thy magic arts
Stir to strange deeds the pulse of mortal hearts!
To tears again, to try how prayers may move,
She turns; and Anger must succumb to Love,
Lest she should die the death she must in vain,
While hope still lives, and aught untried remain.

'Anna! thou see'st their crowds upon the seas,
'The sterns are wreathed, the canvas calls the breeze.
'Sore is this pang, yet I foresaw the blow,
'And to the issue can endure it now.
'Yet, sister, grant me this: to thee alone
'The inmost thoughts of that false Man are known;
'The quiet paths that steal upon his mind,
'And all his yielding moments, thou canst find.
'Go, sister, and the foeman meekly tell,
'I ne'er sent ships 'gainst Troy's high citadel;
'Death to the race of Troy I never swore,
'With banded Danaï on the Aulis shore;
'His father's bones I never bore away,
'That he should thus be deaf to all I pray.
'Where flies he? Let him wait—'tis love's last prayer,—
'Till flight is easy, and the winds are fair.
'I ask not now the wedlock I have lost,
'Or that he stay from his fair Latian coast,
'And lose his destined kingdom: my behest
'Is but one span of respite and of rest,
'Till Fortune, mistress o'er my vanquished will,
'Shall teach me too to suffer and be still.
'Pity thy sister, grant the boon I ask;—
'And Death shall pay thee double for the task.'

Such was her prayer, pathetic with her tears,
And such her sister, oft returning, bears.

But prayers are powerless, tears too soft to move
The ear now deafened to the voice of love
By Fate's resisting purpose. As the oak,
Which gales all buffet, grasps its Alpine rock,
And, hale with timber of a thousand springs,
Its quivering stem the rustling leaflets flings,
Deep carpeting the ground ; as high in air
It mounts above, as low 'tis rooted there ;
So the firm Hero felt in every part
Their prayers incessant vibrate to his heart ;
But, though perforce the idle teardrops roll,
No words unfix the purpose of his soul.

And now the Queen, by fates resistless driven,
Calls loud on Death, and loathes the vault of heaven:
Now, too, sad call to quit the shining skies,
A direful sight defiles her sacrifice,
And incensed shrines, where wine was poured before,
Stream with the blackening flow of foulest gore.
And yet such portent of her coming death
To none, not e'en to Anna, does she breathe.
Lo! where the Chapel to her lord of old
Within her palace stands, of marble mould,
Dressed in white coronals and festal sprays,
And all the honours that Affection pays,
She hears the accents of the sainted Dead
Call, when the darksome Night is overhead ;
And the lone owl that oft on towers complains,

In wailing ends its melancholy strains.
And well she minds the words of saintly men,
Spoken long since, though never feared till then.
Distracted, in a wild career she seems
To fly the fierce Æneas in her dreams,
Or journeying far, companionless and slow,
Seeking her Tyrians through waste lands to go;
As in the mimic show mad Pentheus sees
The vengeful armies of the Eumenides,
And Thebes shows double to his swimming gaze,
And double suns with double lustre blaze;
Or when the mother's torch and serpents black
Fast o'er the stage pursue Orestes' track,
He views, as safe he mounts the Pythian stair,
The ministers of vengeance crouching there.

Then, when the victim of love's agony
Conceives that frenzy, and decrees to die,
She clokes with deep dissimulating smile
The time and method she has planned the while:
Hope, bright and calm, upon her brow she wears,
And speaking, thus accosts her sister's fears:—

''Tis found! the charm this anguish to destroy,—
'Come, greet thy sister with a sister's joy,—
'The charm to bring him to my side again,
'Or ever free me from my lovesick pain.
'By setting Suns and Ocean's verge there lie
'Far Ethiop lands, where all the star-set sky

'Turns on vast Atlas' shoulders: in those glades,
'Guarding the precinct of the Evening Maids,
'A priestess of Massylia, found by me,
'Has kept the fruit upon its sacred tree,
'And o'er the Dragon's banquet daily spread
'The slumb'rous poppy seed, and honeyed mead.
'Hers is the power in these to ease the heart,
'On those to fix the agonizing smart;
'To stay the rushing of a torrent's wrath,
'Or turn a planet backward on its path.
'Forth at her chant the midnight Manes troop,
'Down from the mountain tops the ashes stoop,
'And loud the earth moans under;—not that I
'Would fain have armed me with this sorcery—
'I swear it, sister, by thine own dear love,
'Swear it by all the powers that move above!
'But thou must rear within my unroofed hall
'The pyre that fits a secret funeral;
'Bring from that chamber whence the false one fled
'The marriage couch where Modesty lies dead,
'Garments and armour too: she bids the flame
'Take all of him I never more must name.'

She spoke, and silence leaves her features pale.
Yet Anna bodes no mischief from her tale:
In such new rites of love she cannot find
All the mad cunning of her sister's mind,
But hurries to her task;—no more to fear
Than when she mourned o'er dead Sychæus' bier.

The Queen within, where, towering to the sky,
With pine and oak the pyre is raised on high,
O'er her court walls the darkling garlands weaves,
And decks her death-bed with funereal leaves;
Then, mindful of the issue, throws above
The sword, the garb, the image of her love.
Ranged are the altars, and the priestess there,
With locks dishevelled, peals the midnight prayer,
Calling on thrice a hundred names of fear,
On darkest Erebus, and Chaos drear,
And virgin Hecate's nocturnal aid,
Three-figured Dian, triple-featured maid;
While round about the watery charm she flings,
That mocks the spray of deep Avernus' springs.
For her dark spells the downy herb is found
Cropp'd with brass falchion when the moon is round,
Juice of black poison, and from foal new-born
The forehead spot his mother has not torn.

There too the Queen, with soft unsandelled tread,
And hands that wave the consecrated bread,
Along the altars' row ungirdled goes,
And calls the gods who can attest her woes,
Calls on the stars that far in ether glide,
The calm spectators of her suicide,
And that great Justice watching from above
The unequal bond of unrequited love.

Spottiswoode & Co., Printers, New-street Square, London.